Noverint universi quod nos dominus Guillermus Raymundus Carros comes de Quirra in regno Sardinie et dominus ville castri et baronie de Sentellis in principatu Cathalonie de nostra certa sciencia per nos et nostros in his successores laudamus approbamus
ratificamus et confirmamus sive de novo stabilimus vobis Joanni Plans agricultori [heredi et proprietario necnon possessori mansi Plans] parrochie Sancti Xpofori de Montegreus [illegible] termini de Monte Magno diocesis Barchinone presenti et vestris et quibus volueritis perpetuo vobis tamen consimilibus et [illegible]
totum illum mansum vocatum [illegible] constitutum in predicta parrochia Sancti Xpofori de Montegreus et termini de Monte Magno dirructum inhabitatum et depopulatum et dicto vestro manso Plans unitum et applicatum cum domibus suprapositis area quantamcumque
terregeralibus terris honoribus et possessionibus cultis et heremis campis et de vinea plantatis tam videlicet in montibus quam in planis existentibus nemoribus silvis denesiis garrigiis pratis pasturis aquis aqueductibus [illegible] [illegible] et aliis
universis et singulis tenedonibus et possessionibus interioribus exterioribus juribus et pertinenciis dicti mansi et dictum mansum tenetis sicut predecessores vestri a longissimis citra temporibus habuerunt et tenuerunt per nos dictum comitem ut dominum
dicte ville castri et baronie de Sentellis et ut dominum etiam castri de Monte Magno et sub directo dominio et [illegible] nostro ad censum quattuordecim solidorum et quattuor denariorum monete Barchinone quolibet anno solvendorum inter duas equales
vices sive solutiones videlicet medietatem [in festo Natalis Domini et aliam medietatem] in festo Sancti Joannis mensis Junii Item etiam ad decimam spiritualem omnium et singulorum fructuum expletorum [illegible] et aliorum omnium et quorumcumque rerum quas dominus Deus dederit quolibet anno in
dicto manso et terris honoribus et possessionibus ipsius et quod etiam predecessores vestri soliti sunt et assueti facere et prestare. Has itaque laudationem approbationem ratificationem et confirmationem sive novam stabilitionem facimus nos dictus don
Guillermus Raymundus Carros comes predictus vobis dicto Joanni Plans et vestris et quibus volueritis perpetuo de predictis vestris tamen consimilibus et vestros. Sicut melius dici potest et intelligi ad bonum vestrum vestrorumque salvamentum et bonum etiam intellectum
sub tali tamen pacto forma et conditione quod predicta melioretis et in aliquo non deterioretis quod pro censu predictorum et omnium melioramentorum per vos et vestros inibi faciendorum detis et solvatis faciatis et prestetis ac dare solvere facereque et prestare
habeatis et teneamini nobis et nostris in his successoribus per terminos supradictos dictos quattuordecim solidos et quattuor denarios Barchinone jam pro predictis dari et prestari solitos et dictam decimam spiritualem. Immo ante non faciatis
neque proclametis vos neque vestri alium dominum seu dominos nisi tantum nos et nostros in dicto castro de Sentellis et de Monte Magno seu his successores. Liceat tamen vobis et vestris in predictis successoribus post dies triginta ex quo nos vel nostros in his successores
fatigati fueritis predicta que vobis laudamus approbamus ratificamus et confirmamus sive de novo stabilimus vendere permutare stabilire aut alias alienare vestris tamen consimilibus et vestros. Salvis tamen semper in et super predictis
que vobis laudamus nobis et nostris in his successoribus censibus supradictis anno quolibet dictis terminis solvendis et aliis jure dominio firma et fatiga triginta dierum tercio et foriscapio ac alio quolibet jure
et nostros in his successores. Pro huiusmodi vero laudatione approbatione ratificatione et confirmatione sive nova stabilitione dedistis et solvistis ac confitemur nos a vobis habuisse et recepisse omnimode voluntati nostre [illegible] et alodiali dominio nostro
[illegible] predicte super quibus renuntiamus exceptioni pecunie predicte non numerate ac non solute non habite et non recepte et dolo malo volumus ante consentimus ac concedimus vobis quod huiusmodi instrumentum sit et reddat vobis et vestris lococarte
[illegible] sine nove stabilitionis premissorum protestantes tamen quod si in futurum per legittima jura apparuerit vos debere facere et prestare nobis et nostris in his successoribus maiores [illegible] alia jura quam superius est dictum [illegible]
[illegible] et illa nobis et nostris successoribus salva remaneat et [illegible] huiusmodi [illegible] in aliquo non obstante. Volumus insuper et consentimus quod de originali notta huiusmodi fiant et fieri possint duo publica consimilia instrumenta
quorum unum nobis et alterum vobis tradantur per notarium infrascriptum. Actum est hoc in villa Sancte Columbe de Sentellis diocesis Vicensis [die sabbati decimo] sexta [illegible] mensis Augusti Anno a nativitate Domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto. Signum nostri don Guillermi
Raymundi de Carros comitis predicti Qui hec laudamus concedimus et firmamus.

Testes huius rei sunt venerabilis Joannes [illegible] presbiter Vicensis diocesis et Michael Angelus Alaya familiaris dicti illustris comitis.



Signum Michaelis Scotart ville Granullariorum [illegible] auctoritate apostolica ubique Regia vero per totum Cathalonie principatum et comittatus Rossilionis et Ceritanie notarii publici Qui hec scribi fecit et clausit.
Constat de suprapositis in lineis [illegible] ubi legitur heredi et proprietario ac possessori mansi Plans [illegible] in festo Nathalis Domini et aliam medietatem [illegible] die sabbati decimo.